



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

175. De eadem re.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

276 REGINONIS LIB. II.
tem manifestè detegi non valuerint, erga Ecclesiam suæ opinionis malam famam legaliter purgare cogantur, & ut religiosius de cetero vivant, & in monasteriis converſentur, episcopali decreto & regia potestate coërceantur. De his enim Apostolus dicit: *Quæ cum fornicata fuerint in Christo, nubere volunt.*

Caput istud multùm diversum est ab editionibus vulgatis Concilij Meldensis. Et tamen sic ut à nobis editum est legitur in codice MS. Reginonis & in editione Helmastadiensis; nisi quòd in editione illa, vitio handdubiè librorum, verba quæ sequuntur omiſsa sunt fructuosam. Si autem manifestè detegi non valuerint, erga Ecclesiam &c.

De eadem re.

1. Tim. 5.
Burchard. lib.
8. c. 41. &
Ivo parte 7.
c. 59.

CLXXIV. De viduis Apostolus dicit: *Præcipe, inquit, ut vidua inreprehensibiles sint. Vidua eligatur non minùs sexaginta annorum, in operibus bonis testimonium habens, si filios educavit &c. Adulescentiores viduas devota. Cum enim luxuriata fuerint, in Christo nubere volunt, habentes damnationem, quia primam fidem irritam fecerunt. Simul & otiosa discunt circuire domos, non solùm otiosa, sed & verbose, & curiose, loquentes quæ non oportet. Vult ergo juniores nubere, filios procreare, matresfamilias esse, nullam occasionem dare adversario maledicti gratia. Jam enim quedam conversæ retro post Satanam.*

De eadem re. *Ex Lege Romana.*

Nov. Majoriani tit. 8.

CLXXV. Viduarum sanè obstinationa-